

44. Alors ils lui répondront aussi : Seigneur, quand est-ce que nous vous avons vu avoir faim, ou soif, ou être sans logement ou sans habits, ou malade ou en prison, et que nous avons manqué à vous assister ?

45. Mais il leur répondra : Je vous le dis en vérité, autant de fois que vous avez manqué de le faire à un de ces plus petits, vous avez manqué de le faire à moi-même.

46. Et ceux-ci iront dans le supplice éternel, et les justes dans la vie éternelle.

44. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes : Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitalem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, et non ministravimus tibi ?

45. Tunc respondebit illis, dicens : Amen dico vobis : Quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.

46. a Et ibunt hi in supplicium æternum ; justi autem in vitam æternam. [a Joan. 5. 29. Dan. 12. 2.]

CHAPITRE XXVI.

Conspiration des Juifs. Parfums répandus sur la tête de Jésus-Christ. Trahison de Judas. Dernière cène. Institution de l'Eucharistie. Renoncement de saint Pierre prédit. Prière de Jésus dans le jardin. Il est pris, conduit chez Caïphe, accusé, condamné, outragé. Renoncement et pénitence de saint Pierre.

1. Jésus ayant achevé tous ces discours, dit à ses disciples :

2. Vous savez que la Pâque se fera dans deux jours, et le Fils de l'homme sera livré pour être crucifié.

3. En ce même temps les princes des prêtres, et les anciens du peuple s'assemblèrent dans la salle du grand-prêtre appelé Caïphe ;

4. Et tinrent conseil ensemble pour trouver moyen de se saisir adroitement de Jésus et de le faire mourir ;

5. Et ils disaient : Il ne faut pas que ce soit pendant la fête, de peur qu'il ne s'excite quelque tumulte parmi le peuple.

46. Et ibunt hi in supplicium æternum. C'est par là que Jésus finit sa prédication. C'est ce qu'il nous laisse à méditer. Après avoir ouvert devant nous l'éternité où sa justice nous attend, il ne songe plus qu'aux préparatifs de sa mort ; à la Pâque ancienne, à la nouvelle, aux dernières instructions qu'il voulait laisser à ses Apôtres, à la cène, et après la cène, à la dernière prière par laquelle il commença son sacrifice, et finalement à sa mort.

CAP. XXVI. — 4. Et consilium fecerunt. Cette assemblée se tint le 4^e jour de la semaine, c'est-à-dire le mercredi, et c'est en souvenir de ce fait qu'on jeûnait autrefois dans l'Eglise ce jour-là, comme on jeûnait le vendredi en mémoire de la mort de Notre Seigneur Jésus-Christ.

45. Minoribus. Græce, *minimis*, ἑλαχίστοις.

46. Et ibunt. Pro itaque ibunt.

CAP. XXVI. — 1. Cum consummasset Jesus sermones hos omnes. Quasi dicat : Cum omnem doctrinam, quam toto Evangelio comprehendit, absolvisset, et munus doctoris implesset, aggressus est redemptoris officium. Vel certe intelligit tantum sermones et doctrinam traditam c. 21, et sequentibus.

2. Post biduum pascha fiet. Dicta sunt hæc a Christo feria tertia, id est, die martis, vel feria quarta; post biduum enim, id est, post duos dies factum est pascha, et agnus immolatus est feria quinta : itaque si dicamus hæc Christum dixisse feria quarta, eadem feria quarta in sequenti biduo computabitur, ita ut sequens biduum sint duo dies, mercurii scilicet et jovis. — Filius hominis tradetur. Ego tradar ad crucifigendum. — Ut crucifigatur. Nam in eum finem Pilato a Judæis traditus est, clamantibus : Crucifige, crucifige eum.

3. Tunc. Eo die quo Christus discipulis suis hæc locutus est. — Principes sacerdotum. Capita familiarum sacerdotalium, cum sommo sacerdote qui simpliciter princeps sacerdotum vocabatur. — Seniores populi. Hi sacerdotes non erant, sed laici; Lucas vocat magistratus. — In atrium principis sacerdotum. Εἰς τὴν αὐλήν; est autem αὐλή Græcis proprie locus apertus in atrio domus; quare interpret noster fere αὐλή vertit atrium. Ergo in atrium domus principis sacerdotum convenerunt sacerdotalium familiarum capita et magistratus populi, ibique, exclusis iis qui suffragii et sententiæ dicendæ jus non habebant, consilium habitum est. — Qui dicebatur Caïphas. Homo erat avarissimus et perditus, qui qua ratione ad summum pervenerit sacerdotium, lib. 18, Antiquit., c. 3 et 6, Josephus tradit.

4. Consilium fecerunt. Συνέβουλευσαντο, unanimi consensu consilium ceperunt, decreverunt. — Ut Jesus dolo tenerent. Clam et fraudulenter, non aperta vi, quia timebant populum, ut Lucas expressit, c. 22, n. 2, et indicant etiam quæ sequuntur.

1. Et factum est, cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis :

2. a Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur. [a Marc. 14. 1. Luc. 22. 1.]

3. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, et seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caïphas :

4. Et consilium fecerunt ut Jesus dolo tenerent, et occiderent.

5. Dicebant autem : non in die festo, non forte tumultus fieret in populo.

6. Cum autem Jesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, 7. Accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, et effudit super caput ipsius recumbentis. [a Joan. 11. 2. et 12. 3. Marc. 14. 4.]

8. Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes : Ut quid perditio hæc ?

9. Potuit enim istud venundari multo, et dari pauperibus.

10. Sciens autem Jesus, ait illis : quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.

11. Nam semper pauperes habetis vobiscum : me autem non semper habetis.

12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

6. Or, comme Jésus était en Béthanie, en la maison de Simon le lépreux,

7. Une femme vint à lui avec un vase d'albâtre plein d'une huile de parfum de grand prix, qu'elle lui répandit sur la tête, lorsqu'il était à table.

8. Ce que voyant, ses disciples en furent choqués, et dirent : Pourquoi cette perte ?

9. Car on aurait pu vendre ce parfum bien cher, et en donner l'argent aux pauvres.

10. Mais Jésus sachant ce qu'ils disaient, leur dit : Pourquoi faites-vous de la peine à cette femme? Ce qu'elle vient de faire pour moi est une bonne œuvre :

11. Car vous avez toujours des pauvres avec vous ; mais pour moi vous ne m'aurez pas toujours.

12. Et lorsqu'elle a répandu ce parfum sur mon corps, elle l'a fait pour m'ensevelir.

6. Cum autem Jesus esset in Bethania. Ce fait s'était passé le vendredi de la semaine précédente; c'était le 1^{er} jour du mois de nisan, le 8 avril.

12. Ad sepeliendum me. Pour m'ensevelir par avance, et pour me rendre pendant ma vie un honneur qu'elle ne pourra me rendre après ma mort (P. de Carrières).

5. Dicebant autem : Non in die festo. Animus illis erat usque in diem post festum Christi eodem differre; sed postea nacti Judæ magistrum prodentis occasionem, consilium mutarunt. Ne forte tumultus fieret in populo. Videbatur enim verisimile in tanta multitudine futuros plures qui Christo faverent, et illum ex sacerdotum manibus eripere conarentur.

6. In Bethania. Vide dicta supra, c. 21, n. 17. — In domo Simonis leprosi. Idem hic est Simon cujus est mentio Luc. 7, 40. Dicitur autem leprosus, quod olim eo morbo laborasset. * Vel certe fuit cognomen familie; sic apud Romanos Cocles et Claudius non solum vitium corporis significabat, sed nomen etiam erat gentis.

7. Mulier. Maria Magdalena. — Alabastrum. * Vel significatur vas illud ex alabastrite lapide fuisse, ex quo pyxides unguentariæ fieri solebant, teste Plin., lib. 36, c. 8; vel alabastrum dicitur, græce ἀλαστρον, vas quod non habet λαβήν, id est, ansam, qualia multa sunt myropolarum. Fregit, quia ex materia fragili propterea fiebant, ut facile, cum opus esset, effundi posset unguentum. — Unguenti pretiosi. Odorati liquoris. S. Marcus, c. 14, n. 3, ait fuisse unguentum nardi spicati : Joannes, c. 12, n. 3, nardi pistici : quod ad nardum attinet, ex ipsis etiam sacris Litteris constat esse miræ fragrantiae fruticem, unde illud Cant., 1, 11 : Dum esset rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Vide Plin., lib. 12, c. 12; Dioscor., lib. 1, cap. 6. Pisticum vero dici propterea putant, quod fidelis esset, non adulterata; sed si hic esset sensus, πιστήν potius dicenda fuisset quam πιστική. Itaque illis assentior qui πιστικὸν ἔπο του πλαν dictum putant, quod est, potare, quod nimirum unguentum illud liquidum esset, et quodammodo potabile, ut ab iis distingueretur unguentum quæ non erant fluida, sed crassa et solida. Docet enim Stuchius, lib. 3, de re convivali, c. 15, in fine, ex Luciano, Plutarcho, Plinio et Athenæo, veteres etiam unguenta bibere, aut potui miscere consuevisse, ut minus mirum sit unguenta aliqua πιστικά fuisse dicta. * Suspiciari etiam licet dici πιστικὴν, per transpositionem litterarum, et fuisse primum in sacro textu πιστικὴν, ut nunc habet S. Marcus, c. 14, n. 3. Dicitur spicati, quia ex nardo oleo delibuta fiebat unguentum pretiosissimum, et ut ait Plinius loco citato, principale in unguentis, in quo potissimum spica laudabantur, deinde folia. * Spicatum ergo ad distinctionem foliati, ex foliis. — Effudit super caput. Et etiam super pedes, ut habemus ex Joan., 12, 3. Consuetudo enim fuit inter Judæos et orientales nationes ut in conviviis celebrioribus qui invitati erant ungerentur : qua de re vide Stuchium loco citato.

8. Videntes autem discipuli, indignati sunt. Ex Joanne, c. 12, n. 4, præcipue Judam murmurasse habemus; fortasse etiam alii unguenti profusionem ægre tulerunt. Vel certe per syllepsin dicitur, discipuli pro discipulus, ut putat Maldonatus et alii.

9. Potuit enim istud. Τούτο το μυσρον, hoc unguentum. — Dari pauperibus. Quo animo hoc dixerit Judas, explicat Joannes, c. 12, n. 6; Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.

10. Sciens autem Jesus. Judæ verba et cogitationes. — Opus enim bonum. Pietatis scilicet et devotionis in Christum.

11. Habetis. Pro habebitis. Docet autem Dominus Mariam melius fecisse effundendo super se unguentum, quam si venderet, et pauperibus daret, tum propter dignitatem personæ Domini, tum quia humanitatis officia, quæ alicui certæ personæ exhiberi postulat tempus certum, non sunt prætermittenda propter communis debita quæ indeterminate debemus proximis. Vide Cajet. Jentac., 1, quæst., 1.

12. Ad sepeliendum me fecit. Solitos enim fuisse Judæos mortuorum corpora aromatibus sepelire, constat ex Scriptura. Vide Genes., c. 50, n. 2 et 25. Significat Christus mortem suam adeo esse vicinam, ut mulier illa quasi divinans paulo post sepeliendum, in sepulchram unxerit; non quod ipsa ea de re cogitaverit, sed quod tam opportune unxerit, ut ea de causa unxisse videri posset. Significat etiam fortasse Christus eam propterea se nunc unxisse,

13. Je vous le dis en vérité, partout où sera prêché cet Evangile, qui doit l'être dans tout le monde, on racontera à la louange de cette femme ce qu'elle vient de faire.

14. Alors l'un des douze, appelé Judas Iscariote, s'en alla trouver les princes des prêtres :

15. Et il leur dit : Que voulez-vous me donner, et je vous le livrerai ? Et ils s'engagèrent à lui donner trente pièces d'argent.

16. Et depuis ce temps-là il cherchait une occasion favorable pour le livrer.

17. Or le premier jour des azymes, les disciples vinrent trouver Jésus, et lui dirent : Où voulez-vous que nous vous préparions ce qu'il faut pour manger la Pâque.

18. Jésus leur répondit : Allez dans la ville chez un tel, et lui dites : Le maître vous envoie dire : Mon temps est proche : je viens faire la Pâque chez vous avec mes disciples.

19. Les disciples firent ce que Jésus leur avait ordonné, et préparèrent la Pâque.

20. Le soir donc étant venu, il se mit à table avec ses douze disciples.

15. *Triginta argenteos.* Ces 30 pièces d'argent étaient 30 sicles qui faisaient environ 48 francs de notre monnaie. C'était le prix que Joseph avait été vendu par ses frères; c'était le prix ordinaire d'un esclave (Ex., XXI, 32).

20. *Discumbat cum duodecim discipulis suis.* Je crois, dit M. Drach, avoir prouvé d'une manière invincible, dans ma troisième lettre aux Israélites, que Notre Seigneur a mangé véritablement la Pâque dans cette soirée mémorable, où il a institué le très-saint sacrement de l'Eucharistie. Toutes les cérémonies auxquelles Jésus-Christ s'est conformé pendant ce repas, s'observent encore parmi les Juifs de nos jours, au repas de la première soirée de leur Pâque. Le rituel de cette solennité, que j'ai publié en hébreu et en français, étant encore rabbin, on fournit la preuve.

quod futurum esset ut post mortem ungeri non posset, quemadmodum Marcus, c. 14, n. 8, indicavit : *Quod habuit, hæc, inquit, fecit; id est, quod potuit, et qua illi licuit, me ad sepeliendum de more unguentis condidit : Prævenit, inquit, ungeri corpus meum in sepulchrum.* Paulo aliter Joannes, quem loco suo explicabimus.

13. *Hoc Evangelium.* Evangelica hæc historia. — *Dicitur.* Non memorabitur tantum, sed cum laude etiam celebrabitur, ut ex hoc appareat quam inique Judas factum damnaverit quod universus orbis commendat.

14. *Tunc abiit.* Particula *tunc* non ad tempus cenæ referenda est, sed ad tempus quo sacerdotes cum reliquis ad consilium contra Christum ineundum congregati sunt. — *Unus de duodecim.* Emphasis habet, et sceleris magnitudinem ostendit; tanto enim peccatum proditoris gravius, quanto conjunctior et beneficiis adstrictior persona tradentis. — *Qui dicebatur Judas Iscariotes.* Ad distinctionem Judæ Thaddæi.

15. *Triginta argenteos.* Sicles. Sicles æquivaleret quatuor julii romanis. Itaque triginta sicles duodecim coronatos efficiunt monetæ hujus romane. Vide quæ de argenteis Judæ datis dixi Zach., c. 11, n. 12.

17. *Prima autem die azymorum.* Feria quinta, qua die ad vespem futura erat cœna paschalis, et azymorum panum esus. De hoc die dicitur Levit., 23, 5 : *Mense primo, quartadecima die mensis ad vespem, phase Domini est : et quintadecima die mensis hujus, sollemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis.* etc. Vide quæ ad hunc locum Levitici notavimus, et Exod., c. 12, n. 6 et 12. — *Pascha.* Agnum paschalem.

18. *Ad quemdam.* Προς τὸν θεῶνα, ad certum quemdam; respondet phrasi nostræ italicæ qua diceremus : *Andate dal tale.* * Hic ex communi traditione creditur fuisse Joannes cognomen Marcus, in cujus etiam domo discipuli in die Pentecostes Spiritum sanctum receperunt. — *Magister dicit.* Ex hoc bene colligitur fuisse aliquem ex Christi discipulis, qui Christum pro suo magistro agnosceret. — *Tempus meum prope est.* Tempus a patre constitutum, quod mihi moriendum est. — *Apud te facio pascha.* Id est, facere decrevi. — *Cum discipulis meis.* Hoc ideo Christus adjicere videtur, ut patremfamilias admoneat ut tredecim futuris convivis mensam instruat. Unde etiam conjectura aliqua sumi potest hominem illum familiarem, * et, ut dixi, discipulum fuisse Christi, cum sciret quot discipulos secum haberet.

20. *Discumbat cum duodecim.* Mos discumbendi in lectis, cum cibus capiebatur, a Romanis vel a Persis manavit ad Hebræos; Estheris enim, c. 1, n. 6, lectorum discubitorum mentio est in convivio Assueri. Nec in lege præcipiebatur ut agnus a stantibus ederetur, quod sentit Perer. Exod., 12, disp. 7. fin. Riber., lib. 5. de festis Hebræorum, c. 3. Suarez de Eucharistia disp. 41, sec. 2. Alii tamen putant Christum stantem cum discipulis agnum paschalem comedisse. Quæ sententia, licet multos et graves habeat auctores, non est ita evangelicæ narrationi consentanea, ut præcedens Baron., anno Christi 34, n. 41, ait in libro Hebræorum rituali scriptum exstare, standi ritum antiquatum et omissum post captivitatem Babylonicam. * Discumbat ergo Christus tempore profanæ cenæ : post agni paschalis esum.

21. Et edentibus illis, dixit : Amen dico vobis, a quia unus vestrum me traditurus est. [a Joan. 13. 21.]

22. Et contristati valde, coperunt singuli dicere : Numquid ego sum, Domine ?

23. At ipse respondens, ait : Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.

24. Filius quidem hominis vadit, sicut a scriptum est de illo; vae autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur : bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. [a Psal. 40. 10.]

25. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit : Numquid ego sum, Rabbi ? Ait illi : Tu dixisti.

26. a Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, et ait : Accipite et comedite : Hoc est corpus meum. [a Marc. 14. 22. Luc. 22. 19. I. Cor. 11. 24.]

27. Et accipiens calicem gratias egit, et dedit illis, dicens : Bibite ex hoc omnes.

21. Et lorsqu'ils mangeaient, il leur parla ainsi : Je vous dis en vérité, que l'un de vous doit me trahir.

22. Ce qui leur ayant causé une grande tristesse, chacun d'eux commença à lui dire : Serait-ce moi, Seigneur ?

23. Il leur répondit : Celui qui met la main au plat avec moi est celui qui me trahira.

24. Pour ce qui est du Fils de l'homme, il s'en va selon ce qui a été écrit de lui. Mais malheur à l'homme par qui le Fils de l'homme sera trahi : il vaudrait mieux pour lui qu'il ne fût jamais né.

25. Judas, qui fut celui qui le trahit, prenant la parole, dit à Jésus : Maître, est-ce moi ? Jésus lui répondit : Vous l'avez dit.

26. Or pendant qu'ils soupaient, Jésus prit du pain, et l'ayant béni, il le rompit, et le donna à ses disciples, en disant : Prenez et mangez : ceci est mon corps.

27. Et prenant le calice, il rendit grâces, et il le leur donna, en disant : Buvez-en tous ;

25. *Tu dixisti.* Tous n'entendirent pas cette parole ou ne la comprirent pas ; car après l'institution de la cène eucharistique, ils se demandaient encore qui serait le traître (Luc., XXII, 23).

21. *Unus vestrum me traditurus est.* Proditorem non nominat, ut honori illius parcat; indicat tamen se nosse illum, ut ad mutandum mentem excitet, et ut ostendat se scientem, prudentem, et volentem mori.

22. *Numquid ego sum, Domine ?* Etiam si se innocentes esse scirent, magis tamen Christi verbis quam conscientie suæ confidebant.

23. *Qui intingit mecum manum.* Tredecim convivis plures patinas appositas fuisse cum cibus credibile est, ex quibus terni aut quaterni cibum sumerent. Itaque indicat Christum unum ex illis tribus aut quatuor sibi proximioribus proditorem esse. Alii in mensa que fortassis rotunda fuerit, putant paropsideam aliquam cum escis propositam fuisse, ex qua omnes quod libuisset acciperent, nec his verbis Christum signum aliquod cognoscendi proditoris dare voluisse, sed illius tantum ingrattitudinem et scelus redarguere; quasi diceret, aliis verbis illud Psal. 40, 10 : *Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem;* et quod habet Lucas, c. 22, n. 21 : *Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Hæc interpretatio mihi verior videtur.

24. *Vadit.* Scilicet ad mortem; significat se sponte ire. — *Scriptum est.* In prophetis. — *Bonum.* Id est, melius; caret enim Hebræi comparativis.

25. *Numquid ego sum, Rabbi ?* Querit non tanquam ignarus, sed impudenter et dissimulante, et tentans num Christus certo sciret eum esse proditorem, an vero tantum suspicaretur. — *Tu dixisti.* Modus est honeste et minima cum offensione ejus quocum loquimur, minimeque nostra arrogantia, quo interrogamur concedendi, ut infra, n. 63, et 64. Credibile est hæc verba submissa voce ita a Christo esse prolata, ut reliqui non audirent, nec quid diceretur advertenter.

26. *Cœnantibus autem.* Lucas tamen, c. 22, n. 20, de consecratione calicis verba faciens, ait : *Similiter et calicem, postquam cœnavit, etc.;* ex quo Bellarmin., lib. 4 de Eucharist., c. 27, et Salmeron, tom. 9, tract. 14, opinantur non eodem tempore panem in corpus et vinum in sanguinem suum convertisse; sed prius panem in corpus, dum cœnaret cum discipulis, ut ait hoc loco Matthæus et Marcus; deinde post cœnam vinum in sanguinem, ut docet Lucas et Paulus, I, ad Cor., 11, 25. Suarez, de Eucharist. disp. 41, sect. 4, arbitratu Domini calicis consecrationem a consecratione corporis non separasse. Crediderim dici posse Christum sub finem mense, cum ipse jam manducandi finem fecisset, sed adhuc mensa ablata non esset, nec actæ gratiæ, et reliquiæ ciborum essent supra mensam, ea loqui cœpisse quæ ad mysterium corporis et sanguinis sui pertinebant, etc. — *Benedixit.* In græco est, καὶ εὐλόγησας, et cum benedixisset, scilicet panem, et gratias Deo egisset, ut Paulus et Lucas habent locis proxime citatis. — *Hoc est corpus.* His verbis consecravit panem ut verbis illis numero 28 : *Hic est, etc.,* consecravit vinum : est autem oratio factiva, quæ in fine prolationis effectum habet, hoc est, efficit quod significat. — *Hoc est.* Pronomen hoc demonstrat contentum sub speciebus, hunc in modum : hoc quod sub his accidentibus panis continetur est corpus meum, ex D. Thom., 3 part., quæst. 78, art. 5. — *Corpus meum.* Corpus accipitur non pro toto homine, sed pro altera tantum parte hominis; nam ex vi verborum consecrationis panis in solum corpus convertitur, licet anima, sanguis et divinitas simul cum corpore existant per concomitantiam. Itaque si triduo illo mortis Christi aliquis ex apostolis sacrum fecisset, sub panis speciebus fuisset corpus cum divinitate absque anima et sanguine.

28. Car ceci est mon sang, le sang de la nouvelle alliance, qui sera répandu pour plusieurs, pour la rémission des péchés.

29. Or je vous déclare que je ne boirai plus de ce fruit de la vigne, jusqu'à ce jour auquel je le boirai de nouveau avec vous dans le royaume de mon Père.

30. Et ayant dit le cantique, ils sortirent pour s'en aller sur la montagne des Oliviers.

31. Alors Jésus leur dit : Je vous serai à tous, cette nuit, une occasion de scandale. Car il est écrit : Je frapperai le pasteur, et les brebis du troupeau seront dispersées.

32. Mais après que je serai ressuscité, j'irai avant vous en Galilée.

33. Pierre prenant la parole, lui dit : Quand tous les autres se scandaliseraient à votre sujet, pour moi je ne me scandaliserai point.

30. Et hymno dicto. L'hymne d'action de grâces que l'on récitait après le festin pascal, se composait du psaume : *Credidi propter quod locutus sum* (Ps. CXV), et du psaume : *Beati immaculati in via* (Ps. CXVIII). (Pour tous les détails de la cène pascalle, voyez Peyron, *Hist. évangél.*, tom. II, pag. 229-240).

33. *Etsi omnes scandalizati fuerint*. Cette présomption de saint Pierre, après tant d'aveux, n'était pas exempte de péché.

28. *Hic*. Pronomen *hic* eodem modo explicandum est, ut explicavimus proxime pronomen *hoc*. — *Sanguis meus*. Sub vini speciebus ex vi verborum est solus sanguis, corpus vero, anima, etc. per concomitantiam. — *Novi testamenti*. Apud Lucam, c. 22, n. 20, habemus : *Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*; ita etiam D. Paul., 1. ad Corinth., 11, 25 : *Hic calix novum testamentum est in meo sanguine*; et sensus est : id quod hoc calice continetur, est sanguis meus per quem novum testamentum sancitur et confirmatur. Porro *Novum testamentum* dicitur, ut a veteri distinguatur. Vetus testamentum antiquum fœdus fuit cum antiquo Israelitarum populo, a Deo initum, quo promissit se illis terram Chananeam daturum, et vicissim obstrinxit populum ad legem servandam quam per Moysen tradidit. Novum autem testamentum est fœdus novum cum novo christianorum populo percussum de tradenda nobis hereditate celestis patrie, ex parte autem nostra vicissim de lege Christi servanda. — *Pro multis*. Pro omnibus, qui multi sunt. — *Effundetur*. In græco est, *το ἐκχυμένον, qui effunditur*; id est, pro vobis, pro redemptione vestra Deo libatur, offertur et effunditur in hoc sacrificio. Dicitur autem fundi sanguis, dum in specie liquida in calice collectus offertur Deo, ac deinde in eadem specie funditur in ora sumentium. Potest etiam *effundetur* intelligi tempore passionis, ita ut in græco positum sit præsens pro futuro, *effunditur pro effundetur*; et licet *το ἐκχυμένον* jungatur cum *ποτηριον, calicis*, atque ideo de effusione in cruce sermo esse non videatur, dici tamen potest sumi calicem pro contento sanguine, per metonymiam, dicitur effundendum calicem in passione, quia sanguis eo contentus tunc effusus est. — *In remissionem peccatorum*. Christus enim est Agnus Dei, qui in cruce sanguinem suum fundens, abstulit peccata mundi, et in sacrificio etiam misse propitiatorio effunditur, et offertur Deo sanguis Christi in remissionem peccatorum.

29. *Amodo*. *Απ' αρτι*, ex nunc, in posterum, deinceps : locutus est Christus consueto hominibus more, qui ab amicis longe discessuri dicere solent : Non comedemus, aut bibemus amplius simul. — *De hoc genimine vitis*. De hac generatione, hoc est, de hoc fructu vitis. — *Usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum*. Cum scilicet aliud vinum novum ac celeste vobiscum bibam in convivio illo æternæ gloriæ, de quo ait David, Psalm., 35, 9 : *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ*. Dicit aliquis, at Act., 10, 41, ait Petrus : *Manducavimus, et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis*. Respondemus non manducasse Dominum aut bibisse indigentem cibo, ut cum erat mortalis; ita Emmanuel Sa. Responderi etiam potest cum Barradio non haberi ex loco citato Actor. illum cum discipulis vinum bibisse.

30. *Et hymno dicto*. *Καὶ ὑμνωσαντες, et cum hymnum cecinissent*. Videtur intelligere usitatam formulam gratias agendi post mensam, qua Judæi tunc uterentur. — *Exierunt*. Ex domo ubi cœnaverant, et ex urbe. — *In montem Oliveti*. Urbi proximum.

31. *Scandalum patiemini*. Non significat apostolos fidem perdituros, aut in fide vacillaturos, aut Christum negaturos, sed deserturos. — *In me*. Hebraismus, id est, propter me; cum scilicet videritis me indigna patientem. Scandalum ergo sunt passi discipuli, et veluti impigerunt in Christum comprehensum et hostibus traditum, et ad casum suum impulsis. — *Scriptum est enim*. Zachar., c. 13, n. 7, ubi hunc locum de Christo explicavimus.

32. *Postquam autem resurrexero*. Duobus verbis discipulorum animos recreat, et cum se resurrecturum affirmat, et cum eis in Galilæa appariturum. — *Præcedam vos in Galilæam*. Antequam vos fugietis redeatis in Galilæam patriam vestram, ego illuc ibo, videndus a vobis, vosque excepturus.

33. *Etsi omnes scandalizati fuerint*. Triplici nomine peccat Petrus : quia Domino contradicit, quia aliis se præfert et quia fragilitatis suæ parum memor, nimium de se præsumit. Verum quia ex amore proficiscebatur asseveratio illa, non severe illum Dominus redarguit; quia tamen plus de se quam de aliis præsumit, magis quam aliis scandalizandum prædicat.

28. Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

29. Dico autem vobis : non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.

30. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.

31. Tunc dixit illis Jesus : a Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. b Scriptum est enim : Percutiam pastorem et dispergentur oves gregis. [a Marc. 14. 27. Joan. 16. 32. || b Zachar. 13. 7.]

32. Postquam autem resurrexero, a præcedam vos in Galilæam. [a Marc. 14. 28. et 16. 7.]

33. Respondens autem Petrus, ait illi : Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor.

34. Ait illi Jesus : a Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. [a Marc. 14. 30. Joan. 13. 38.]

35. Ait illi Petrus : a Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. [a Marc. 14. 43. Luc. 22. 33.]

36. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, et dixit discipulis suis : Sedete hic, donec vadam illuc et orem.

37. Et assumpto Petro et duobus filiis Zebédæi, cepit contristari et mœstus esse.

38. Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem; sustinete hic, et vigilate mecum.

39. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, et dicens : Pater mi! si possibile est, transeat a me calix iste : verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

40. Et venit ad discipulos suos, et

34. Jésus lui répartit : Je vous dis en vérité que cette même nuit, avant que le coq chante, vous me renoncerez trois fois.

35. Pierre lui répondit : Quand même il me faudrait mourir avec vous, je ne vous renoncerais point. Et tous les autres disciples dirent aussi la même chose.

36. Après cela Jésus s'en vint avec eux en un lieu appelé Gethsémani, et il dit à ses disciples : Demeurez ici, pendant que je m'en irai là pour prier.

37. Et ayant pris avec lui Pierre et les deux fils de Zébédée, il commença à être saisi de tristesse et à avoir le cœur pressé d'une extrême affliction.

38. Alors il leur dit : Mon âme est triste jusqu'à la mort : demeurez ici, et veillez avec moi.

39. Et s'en allant un peu plus loin, il se prosterna le visage contre terre, priant en ces termes : Mon Père, s'il est possible, faites que ce calice passe loin de moi : mais néanmoins qu'il en soit non comme je le veux, mais comme vous le voulez.

40. Il vint ensuite vers ses disciples, et les

36. *In villam quæ dicitur Gethsemani*. Les évangélistes, dit M^r Mislin, donnent à ce lieu les noms de jardin, villa, domaine. C'était un lieu retiré, planté d'oliviers, et où l'on pressait sans doute les olives cueillies sur la montagne. Jésus-Christ avait coutume d'y venir prier. Il passait souvent le jour à enseigner dans le temple, puis il venait prier sur la montagne des Oliviers, et y passait la nuit avec ses disciples. Dans le temps des grandes solennités surtout, où tout le monde affluait à Jérusalem, on passait la nuit dans les environs en plein air, ce que permettait la douceur du climat, et ce qui a lieu encore aujourd'hui.

34. *Antequam gallus cantet, ter me negabis*. At Marc., 14, 30, legimus : *Priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus*; Joannes vero, c. 13, n. 38 : *Non cantabit gallus, donec ter me neges* : que dicta inter se non satis bene coherere videntur. Respondeo tempus quod auroram præcedit vocari gallicinium, quod eo tempore galli cantent, licet etiam media nocte cantare soleant; sed hoc tempus non appellatur gallicinium, quia commodius dicitur *media nox* : cum ergo ait Marcus : *Priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus*, sensus est : antequam secunda vice, hoc est tempore gallicinii, galli cantent, ter me negabis.

36. *In villam*. *Εἰς γορθῖον, in agrum, villam aut prædium*. Hortum fuisse constat ex Joan., c. 18, n. 1, 26, in quem Christus, orationis causa, sæpe intrabat. — *Gethsemani*. Aliqui legendum putant *Gesemani*, et significare *vallem olei*. Alii legunt *Gansemini*, et interpretantur *hortum octavium*. Alii legentes cum vulgata *Gethsemani*, significare putant *torcular olei*, aut *pecuaria butyri*. Situs est hic locus ad radicem montis Oliveti. — *Sedete hic*. Remanete hic.

37. *Et assumpto Petro*. Aliquos assumpsit secum, quia orationis suæ, doloris et lethalis illius sudoris testes habere voluit. Assumpsit autem Petrum, Jacobum et Joannem, quia plus illis confidebat, ideoque ad omnia secreta solebat adhibere, sicut etiam ad transfigurationem adhibuerat. — *Mœstus esse*. *Ἀδύμωτον*, quod significat adeo vehementi objecti discriminis metu angere, ut quodammodo exanimis et attonitus sis, scilicet ut homo passionem et mortem horrebat.

38. *Tristis est anima mea*. Græce est, *πενίπτος*, id est, tristitia undique obsessus animus meus, eodem prorsus sensu, quo in persona Christi dixerat David. Psalm., 114, 3. *Circumdederunt me dolores mortis*. — *Usque ad mortem*. Ad eo gravis est tristitia, ut mortem mihi afferre videatur. Italice diceremus : *Mi sento morir di malinconia*. — *Sustinete hic*. Expectate hic.

39. *Procidit in faciem suam*. Genua flexit, et cernuus faciem in terram inclinavit. — *Pater mi, si possibile est*. Sciebat Christus absolute possibile esse Deo, sicut apud Marcum declarat, cum ait : *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt*; at posito divino decreto, quo constitutum erat ut pro nobis moreretur, sciebat esse impossibile ut calix ille a se transiret. Rogabat tamen ut transiret, quia sinebat naturam humanam partes suas agere, quemadmodum egisset, si neque cum divinitate conjuncta fuisset, nec de divino decreto quidquam scivisset. — *Transeat a me*. *Ἰζουθετω ἀπ' ἐμοῦ, prætereat a me*; aut ut latini loquuntur, prætereat me. Rogat ergo Patrem ut, si fieri possit, acerbissimam mortem imminetentem avertat. — *Calix iste*. Amara hæc potio mortis crucis. — *Non sicut ego volo*. Naturali voluntate, quæ mortem refugit.

40. *Venit*. *Ἐγγιστα* presentis temporis, ut etiam *invenit, εὑρίσκει*. — *Sic*. Itane? Italice dicimus : *A questo modo?* quasi dicat : Quomodo præstas quod pollicebaris, cum dicebas te etiam pro me in mortem iturum, si nunc tam mollior succumbis somno? — *Una hora*. Quod temporis spatium orationi tribuisse videtur. — *Mecum*. Emphasis habet hæc vox, quasi dicat : Me non solum vigilante, sed etiam orante, sudante, et cum morte pugnante. Vos, qui me dormiente pugnare debebatis, ne vigilare quidem momento temporis potuistis.

ayant trouvés endormis, il dit à Pierre : Quoi ! vous n'avez pu veiller une heure avec moi ?

41. Veillez et priez, afin que vous ne tombiez point dans la tentation; car l'esprit est prompt, mais la chair est faible.

42. Il s'en alla encore prier une seconde fois, en disant : Mon Père, si ce calice ne peut passer sans que je le boive, que votre volonté soit faite.

43. Il revint encore vers ses disciples, et les trouva endormis, parce qu'ils avaient les yeux appesantis.

44. Et les quittant de nouveau, il s'en alla encore prier pour la troisième fois, disant les mêmes paroles.

45. Après, il vint trouver ses disciples, et il leur dit : Dormez maintenant : et vous reposez : voici l'heure qui approche; et le Fils de l'homme va être livré entre les mains des pécheurs.

46. Levez-vous, allons; celui qui doit me trahir est bien près d'ici.

47. Comme il parlait encore, voilà que Judas, l'un des douze, arriva, et avec lui une grande troupe de gens armés d'épées et de bâtons, qui avaient été envoyés par les princes des prêtres et par les anciens du peuple.

48. Or celui qui le trahissait leur avait donné un signal, en disant : Celui que je baiserais, c'est celui-là même : saisissez-vous de lui.

49. Aussitôt donc, s'approchant de Jésus, il lui dit : Je vous salue, maître. Et il le baisa.

50. Jésus lui répondit : Mon ami, qu'êtes-vous

46. *Surgite eamus.* Il y a encore dans ce jardin des arbres qui remontent probablement jusqu'à Jésus-Christ. Huit oliviers, dit le maréchal Marmont, sont là debout, probablement les mêmes qui existaient du temps de Notre Seigneur. Deux de ces arbres ont vingt-cinq pieds de tour. On sait comme l'olivier vit longtemps, et combien il est lent à croître et à prendre son développement. C'est donc sous l'ombrage de ces mêmes arbres que Jésus-Christ s'est reposé; qu'il a conversé avec ses disciples, qu'il fut arrêté, et que ses disciples effrayés l'abandonnèrent et prirent la fuite (*Voyages de M. le maréchal duc de Raguse*, tom. III).

47. *Et cum eo turba multa.* Cette foule de gens innommés avait été rassemblée à la hâte. On l'avait armée, comme on avait pu, d'épées et de bâtons, sans doute parce que l'on craignait d'échapper Jésus. Judas était venu dire où il s'était retiré, et il conduisit au jardin des Oliviers cette troupe de gens sans aveu, pour y arrêter celui qu'il avait vendu.

50. *Duodecim legiones angelorum.* Jésus rappelle à ses Apôtres sa divinité. Il commande à

41. *Ut non intretis in tentationem.* Ne in tentationem incurritis, et ab illa superemini. — *Spiritus quidem promptus est.* Quamvis prompto et alacri animo sitis ad subeunda mecum pericula, caro tamen imbecilla est, ideoque orationis prasidium querendum, ut tentationi resistere possitis.

42. *Nisi bibam.* Pro ita ut non bibam, si fieri non potest quin bibam.

43. *Erant enim oculi eorum gravati.* Vel somno, quia multa jam erat nox, aut humore præ tristitia; solet enim mœror animi sicut lacrymas exprimere, ita vapores in cerebrum excitare, unde nascitur somnus : videmusque infantes, postquam fleverunt alte dormire, et viros, cum in luctu sunt, opprimi somno.

45. *Dormite jam, et requiescite.* Sermo ironicus; quasi dicat : Dormite jam et requiescite, si potestis; ecce appropinquant hostes, somnum isti excutient, et vel invitò vigilare facient. — *Peccatorum Gentilium.* Solebant enim Hebræi gentiles absolute peccatores appellare. Sic ad Galat., 2, 15, legimus : *Nos natura Judæi, et non ex gentibus peccatores.*

47. *Fustibus.* Εὐλον, id est, hastis.

48. *Qui autem tradidit.* Ο δε παραδιδους, traditor, qui tradebat eum. — *Dedit illis signum.* Magna enim pars eorum qui venerant ad Christum comprehendendum gentiles erant, nec illum de facie norant. — *Quicumque osculatus fuero.* Hoc usus est signo, quia ita signum dare volebat, ut qua re militibus Christum prodebat, eadem Christum prodionem suam celaret; non autem celasset, si inusitatum signum dedisset. Erat autem usitatum ut osculo se Judæi, presertim inferiores superiores, salutarent, et quicumque magnum erga eos quos salutabant amorem ostendere volebant, ut solent hodie inter se femine. Sic occurrit Christus apud pharisæum, Lucæ 7, 44, 45 : *Intravi in domum tuam... osculum mihi non dedisti.* — *Tenete.* Prehendite.

50. *A nice.* Græce est, ἑταρτα, quod nomen sodalem, socium et amicum significat. Amice, quem scilicet ego amo, vel qui te amicum fingis. — *Ad quid venisti?* Nunc in hortum! quodnam negotium huc te duxit?

invenit eos dormientes, et dicit Petro : Sic non potuisti una hora vigilare mecum ?

41. Vigilate, et orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

42. Iterum secundo abiit, et oravit, dicens : Pater mi! si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

43. Et venit iterum, et invenit eos dormientes, erant enim oculi eorum gravati.

44. Et relictis illis iterum abiit, et oravit tertio, eundem sermonem dicens.

45. Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis : Dormite jam, et requiescite : ecce appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

46. Surgite, eamus; ecce appropinquavit qui me tradet.

47. a Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus, missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. [a *Marc.* 14. 43. *Luc.* 22. 47. *Joan.* 18. 3.]

48. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens : Quicumque osculatus fuero, ipse est; tenete eum.

49. Et confestim accedens ad Jesum, dixit : Ave, Rabbi. Et osculatus est eum.

50. Dixitque illi Jesus : Amice, ad

quid venisti? Tunc accesserunt, et manus iniecerunt in Jesum, et tenuerunt eum.

51. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, et percussit servum principis sacerdotum, amputavit auriculam ejus.

52. Tunc ait illi Jesus : Convertite gladium tuum in locum suum; a omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. [a *Gen.* 9. 6. *Apoc.* 13. 10.]

53. An putas quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum ?

54. a Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? [a *Isai.* 53. 10.]

55. In illa hora dixit Jesus turbis : Tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me : quotidie apud vos sedebam docens in templo, et non me tenuistis.

56. Hoc autem totum factum est, a ut adimplerentur Scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes, b relicto eo, fugerunt. [a *Thren.* 4. 20. || b *Marc.* 14. 50.]

57. a At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribæ et seniores conveniant. [a *Luc.* 22. 54. *Joan.* 18. 24.]

58. Petrus autem sequebatur eum a longe, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem.

59. Principes autem sacerdotum, et omne consilium, querebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent :

60. Et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem venerunt duo falsi testes,

venu faire ici? En même temps ces gens armés s'avancèrent, se saisirent de lui, et l'arrêrèrent.

51. Alors un de ceux qui étaient avec Jésus portant la main à son épée, la tira, en frappa un des gens du grand-prêtre, et lui coupa l'oreille.

52. Mais Jésus lui dit : Remettez votre épée dans le fourreau, car tous ceux qui se serviront de l'épée, périront par l'épée.

53. Et pensez-vous que je ne puisse pas prier mon Père, et qu'il ne me donnerait pas aussitôt plus de douze légions d'anges ?

54. Comment donc s'accompliront les Ecritures, qui déclarent qu'il faut que cela se fasse ainsi ?

55. Alors Jésus s'adressant à cette troupe de gens, leur dit : Vous êtes venus ici pour me prendre, comme si j'étais un voleur : j'étais tous les jours assis parmi vous, enseignant dans le temple, et vous ne m'avez point arrêté.

56. Mais tout cela s'est fait ainsi, afin que ce qui est écrit dans les Prophètes s'accomplît. Alors les disciples l'abandonnèrent tous, et s'enfuirent.

57. Les gens qui s'étaient saisis de Jésus l'emmenèrent chez Caïphe, qui était grand-prêtre, où les scribes et les sénateurs étaient assemblés.

58. Pierre le suivait de loin, jusque dans la cour du grand-prêtre; et y étant entré, il s'assit avec les domestiques pour voir la fin.

59. Cependant les princes des prêtres et tout le conseil cherchaient un faux témoignage contre Jésus pour le faire mourir.

60. Et ils n'en trouvaient point, quoique plusieurs faux témoins se fussent présentés. Enfin il vint deux faux témoins,

la création tout entière, et s'il voulait se défaire par la force de ses faibles ennemis, il pourrait leur opposer des légions d'anges, c'est-à-dire une armée toute céleste. Mais il s'en garda bien, parce qu'il faut que les prophéties s'accomplissent.

54. *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ.* Isaiæ avait dit, en décrivant la passion de l'Homme-Dieu : *Et Dominus voluit contere eum in infirmitate* (LIII, 10). C'est à cette parole que l'Évangéliste fait allusion.

51. *Unus ex his qui erant.* Scilicet Petrus, ut habemus ex Joanne, 18, 10.

52. *Convertite gladium tuum.* Reconde in vagina. — *Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Non significat Christus necessario omnes qui gladium acceperint gladio perituros esse; multi enim gladio non pereunt; sed legem tantum allegat, quæ habetur Genes., 9, 6 : *Quicumque effuderit humanum sanguinem : fundetur sanguis illius, nec dicit quam penam subituri sint, sed quam mereantur.*

53. *Plus quam duodecim legiones.* Quasi dicat : Petre, tuo auxilio opus non est; nam si rogem Patrem pro duodecim discipulis infirmis et ad resistendum invalidis, duodecim legiones angelorum mihi exhibebit, quorum vel unus omnes in me irruentes nullo negotio possit occidere. — *Legiones.* Græce, λεγεωνας, vox latina, quam in textu græco Evangelista retinuit. Apud Romanos autem, ut Vegetius et D. Hieronymus scribunt, legio sex hominum millia continebat; aut, ut Polybius, communes legiones habebant quatuor millia ducentos pedites, vel in gravioribus bellis pedites quinque millia, equites vero trecentos.

54. *Quia sic oportet fieri.* Quæ dicunt sic oportere fieri.

55. *Quotidie apud vos sedebam.* Ostendit Christus iis qui se comprehendebant non eorum industria aut viribus se capi, sed Patris voluntate, et Scripturarum decreto.

57. *Ad Caipham.* De quo supra diximus, n. 3.

60. *Non invenerunt.* Idoneum, et quod veri speciem haberet; cupiebant enim flagitio suo juris faciem inducere. — *Cum multi falsi testes accessissent.* Licet multi se offerrent ad falsum testimonium dicendum contra Christum. — *Novissime.* Græce, ὑστερον, id est, posterius post alios testes rejectos. — *Falsi testes.* Falsi testes dicuntur, quia quod Christus dixerat, et malo animo, et diverso sensu, et aliis verbis recitarunt. Alio quidem sensu, quia Christus

61. Qui dirent : Celui-ci a dit : Je puis détruire le temple de Dieu, et le rebâtir en trois jours.

62. Alors le grand-prêtre se leva, et lui dit : Vous ne répondez rien à ce que ceux-ci déposent contre vous ?

63. Mais Jésus demeurait dans le silence. Et le grand-prêtre lui dit : Je vous commande par le Dieu vivant de nous dire si vous êtes le Christ, le Fils de Dieu.

64. Jésus lui répondit : Vous l'avez dit ; mais je vous déclare que vous verrez un jour le Fils de l'homme assis à la droite de la majesté de Dieu, et venant sur les nuées du ciel.

65. Le grand-prêtre déchira ses vêtements, en disant : Il a blasphémé ; qu'avons-nous plus besoin de témoins ? Vous venez d'entendre le blasphème.

66. Qu'en jugez-vous ? Ils répondirent : Il mérite la mort.

67. Aussitôt on lui cracha au visage, on le frappa à coups de poing ; et d'autres lui donnèrent des soufflets,

68. En disant : Christ, prophétise-nous ; qui est celui qui t'a frappé.

61. *Possum destruere templum.* L'accusation était grave, car aux yeux des Juifs le temple représentait la loi et la religion, par conséquent, la nationalité tout entière. D'un mot, Jésus pouvait anéantir ce témoignage, puisque ces paroles qu'il avait dites se rapportaient à son propre corps ; mais il ne lève pas l'équivoque, il garde le silence.

64. *Tu dixisti.* Jésus ne parle que pour affirmer qu'il est le Christ, le Fils de Dieu, et pour qu'on ne croie pas qu'il prend cette expression dans un sens figuré, il ajoute qu'il est assis à la droite de son Père et qu'il viendra un jour juger tous les hommes, c'est-à-dire qu'il est Dieu.

65. *Blasphemavit.* Le grand-prêtre a parfaitement saisi le sens de ces paroles. Il y a vu un blasphème, c'est-à-dire une affirmation contraire à l'unité de Dieu, qui était la base de la religion et de la loi, une usurpation du nom immuable de Dieu, qui n'appartient qu'à Jehovah, le créateur et le souverain Seigneur de toutes choses.

66. *Reus est mortis.* D'après la loi, le blasphémateur devait être condamné à mort (Lev., XXIV, 16).

de templo metaphorico corporis sui fuerat locutus, illi de templo ipso in quod Judæi confluebant. Aliis vero verbis, quia non dixerat Jesus : *Possum destruere, sed solite templum hoc, etc.* Joan., c. 2, n. 19, quasi diceret : Si vos solveritis, ego reedificabo. Adde Christum non appellasse templum manu factum illud quod erat evertendum, aut non manu factum illud quod erat ædificandum : falsum autem templum corporis Christi appellare manu hominum factum, quod in visceribus Virginis Spiritus sancti opera fuerat efformatum.

63. *Tacebat.* Quia sciebat nihil profuturam responsum. — *Adjuro te.* Adjurare est Dei nomine et quasi mandato aliquem aut ad loquendum, aut ad quid aliud faciendum obstringere. — *Si tu es Christus Filius Dei.* Ut tu vulgo docere soles.

64. *Dicit illi Jesus.* Respondit Dominus ob reverentiam Dei, cujus auctoritatem pontifex per adjurationem interposuerat. — *Tu dixisti.* Vide dicta supra, n. 25. — *A modo videbitis.* Non significat statim post illud tempus quo loquebatur eos visuros Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, loquebatur enim de extremo judicio longo post tempore futuro : sed significat Judæos non esse visuros se ab eo tempore, id est, a morte sua donec videant eum sedentem a dextris virtutis Dei. — *A dextris virtutis Dei.* Est hebraismus, pro ad dexteram potentem Dei.

65. *Scidit vestimenta sua.* Ut facere solebant Judæi, et aliæque etiam aliæ gentes, cum dolore aut indignationem volebant ostendere. — *Quid adhuc egemus testibus?* Jam nulli necessarii sunt testes, cum habeamus reum confitentem.

67. *Expulerunt in faciem ejus.* Gravissimum ignominie genus, et apud Hebræos usitatum, ut patet ex illo Numer., 12, 14 : *Si pater ejus spuisset in faciem illius, nonne debuisset saltem septem diebus rubore suffundi?* — *Colaphis eum ceciderunt.* *Ἐκλαπησαν* ; colaphus enim græca vox est, quam Euthymius auctor græcus ait esse verberationem que in collo fit, vacua manu, ut sonum edat. Alii idem esse putant quod pugno factam percussionem, quod etiam Theophylactus sentit, auctor etiam ipse græcus. — *Palmas in faciem ejus dederunt.* In græco est, *ἰσχυρισμῶν* ; est autem *ῥαπίων*, fuste, vel virga, vel crepida percutere ; significat etiam alapis cedere, quo sensu noster interpretes accepit.

68. *Prophetiza nobis.* His verbis Messie ac prophete dignitatem sibi falso arrogasse significabant, et veluti fictum Messiam et prophetam irridebant, qui a quo percussus esset divinare non possent.

61. Et dixerunt : Hic dixit : a Possum destruere templum Dei, et post tri-duum reedificare illud. [a Joan. 2. 19.]

62. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi : Nihil respondes ad ea que isti adversum te testificantur ?

63. Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi : Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus Filius Dei.

64. Dicit illi Jesus : Tu dixisti. Verumtamen dico vobis : a amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus caeli. [a Supr. 16. 27. I. Thess. 4. 15. Rom. 14. 10.]

65. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens : Blasphemavit : quid adhuc egemus testibus ? ecce nunc audistis blasphemiam ;

66. Quid vobis videtur ? At illi respondentes dixerunt : Reus est mortis.

67. a Tunc expulerunt in faciem ejus, et colaphis eum ceciderunt ; alii autem palmas in faciem ejus dederunt. [a Isai. 50. 6. Marc. 14. 65.]

68. Dicentes : Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit ?

69. a Petrus vero sedebat foris in atrio ; et accessit ad eum una ancilla, dicens : Et tu cum Jesu Galilæo eras. [a Luc. 22. 55. Joan. 18. 17.]

70. At ille negavit coram omnibus dicens : Nescio quid dicis.

71. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, et ait his qui erant ibi : Et hic erat cum Jesu Nazareno.

72. Et iterum negavit cum juramento : Quia non novi hominem.

73. Et post pusillum accesserunt qui stabant, et dixerunt Petro : Vere et tu ex illis es ; nam et loquela tua manifestum te facit.

74. Tunc cepit detestari et jurare quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit.

75. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat : Prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare.

69. Pierre cependant était au dehors assis dans la cour ; et une servante s'approchant, lui dit : Vous étiez aussi avec Jésus de Galilée.

70. Mais il le nia devant tout le monde, en disant : Je ne sais ce que vous voulez dire.

71. Et comme il sortait de la cour, une autre servante l'ayant aperçu, dit à ceux qui se trouvaient là : Celui-ci était aussi avec Jésus de Nazareth.

72. Pierre le nia une seconde fois, en disant avec serment : Je ne connais point cet homme-là.

73. Peu après, ceux qui étaient là s'avancèrent, et dirent à Pierre : Assurément vous êtes aussi de ces gens-là : car même votre langage vous fait assez connaître.

74. Il se mit alors à faire des imprécations, et à jurer qu'il ne connaissait point cet homme-là ; et aussitôt le coq chanta.

75. Et Pierre se ressouvint de la parole que Jésus lui avait dite : Avant que le coq chante, vous me renoncerez trois fois. Et étant sorti dehors, il pleura amèrement.

70. *Nescio quid dicis.* C'est dans saint Marc que le renoncement de saint Pierre est raconté avec plus de détails. Le chef des Apôtres qui guidait la plume de son disciple s'est plu à retracer tout particulièrement cette circonstance de la Passion, pour obtenir le pardon de sa faute par l'aveu public qu'il en a fait. Nous réservons nos notes sur ce fait pour ce passage.

69. *Sedebat foris in atrio.* Non repugnat quod Joan., c. 18, n. 25, ait stetit ; nam vel stare idem est quod manere, vel utrumque verum est ; cum enim esset ad ignem, ut fieri solet, modo stabat, modo sedebat. — *Ancilla.* Ostiaria, ut habemus ex Joanne. — *Cum Jesu Galilæo.* Vocat Jesum Galilæum ignominie causa, sicut qui iniquo erga eum erant animo solebant appellare ; et quia cum, in Galilæa plurimum versaretur, Galilæus credebatur, et quia omnes fere ejus discipuli Galilæi erant.

70. *Nescio quid dicis.* Adeo non sum quem me esse dicis, ut ne quidem intelligam quid dicas. Si solemus respondere, cum ab eo crimine quod nobis obicitur, non abesse longissime significare volumus. — *Nescio quid dicis : Non intelligo quid dicas.* Hæc prima est negatio, cujus ordinem, ut etiam reliquarum, subjiciemus, ut appareat non discordare inter se evangelistas, licet variis modo et non iisdem verbis negationes referant ; nam ad unam et eandem negationem plures concurrunt personæ Petrum interrogantes et urgentes, et diversa loquentes. Ingressus ergo Petrus atrium, pontificis servis et ministris se permisit, et ad ignem modo sedens, modo stans, se calefaciebat. Hunc cum vidisset ancilla ostiaria que illum introduxerat, et ad lumen, ut ait Lucas, fuisset intuita, interrogavit illum, ut ait Joannes dubitans : *Numquid et tu ex discipulis es hominis istius ?* Deinde idem confirmavit, ut aiunt reliqui evangelistæ, Matthæus et Marcus : *Et tu cum Jesu Galilæo eras ;* Lucas : *Et hic cum illo erat.* Huic ancillæ respondens Petrus, primo Christum se nosse negavit. Timore ergo percussus, postquam primo negavit, exiit foras ante atrium, ut ait Marcus ; græce, *εἰς τὸ προαύλιον*, id est, in vestibulum atrii. Tunc gallus primum cantum edidit, quem fortasse Petrus non audivit ; eratque tunc media circiter nox, cum galli primum canunt : vide dicta supra, num. 34. Tunc ergo exeunte illo januam, ut ait Matthæus, vidit illum alia ancilla, et alius etiam quidam ; nam Lucas habet 22, 58 : *Post pusillum, alius videns eum.* Porro ancilla cepit dicere circumstantibus : *Quia hic ex illis est.* Hujus ancillæ verbis moti quidam, ad ignem reversum Petrum interrogaverunt, ut ait Joannes : *Numquid tu ex discipulis ejus es ?* et Lucas addit : *Alius videns eum dicit : Et tu de illis es.* Cum ergo urgeretur Petrus secundo negavit cum juramento, ut ait Matthæus. *Post pusillum*, ut ait Matthæus et Lucas, id est, *intervallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat dicens : Vere et hic cum illo erat ; nam Galilæus est,* ut est apud eundem Lucam, 22, 29. Hunc secuti sunt alii qui adstant, ut ait Matthæus et Marcus, et dixerunt : *Vere et tu ex illis es, nam et loquela tua, id est, pronuntiandi et loquendi modus Galilæum te esse indicat.* Idem confirmavit Malchi cognatus, ut refert Joannes, 18, 26, dicens : *Nonne ego te vidi in horto cum illo ?* Ignorabat hic Malchi cognatus cesum fuisse a Petro Malchum, alioqui id illi objecisset. Hic auditis Petrus negavit tertio, additis imprecationibus et juramentis : *Cepit detestari*, ait Matth., 26, 74, *et jurare quia non novisset hominem* ; et Marcus, 14, 71 : *Cepit anathematizare et jurare.* Detestabatur autem et anathematizabat, id est, mala sibi imprecabatur, et diris se devotebat : *Hæc mihi faciat Dominus, et hæc addat, etc.* Ruth., 1, 17.